

BARTHOLOMAEI

POVII

2
52520H

SEMINARIO

THESES
BILBILITANAE
INSTITUTIONUM
HISTORIAE PHILOSOPHICAE
LIBRIS XII.
COMPREHENSAR.

Handwritten notes and scribbles on the right side of the page, including a vertical line and some illegible characters.

BARTHOLOMAEI

POVII

E SOCIETATE IESU

IN

SEMINARIO

BILBILITANO

PHILOSOPHIAE PROFESSORIS

INSTITUTIONUM

HISTORIAE PHILOSOPHICAE

LIB. XII.

Quos

EIUS DISCIPULI

defendebant

BILBILI ANNO MDCCLXIII.

Typis IOACHIMI ESTEVANII Reg. Bilbilit. Semin. Soc. Ies.
Typographi.

PRAESIDUM FACULTATE.

BARTHOLOMAEUS
POVIUS
E SOC. IES.

FRANCISCO
CASTELVI.

PRINCIPI NOBILITATIS
IN REG. SEMINARIO BILB. S. I.

S. P. D.

Multorum litteris, monumentisque memoriae proditum est, quod ipse
non ignoras, Adolescenti nobilissime, Scipionem illum Africanum,
inter romanos summo loco natum, in quo iam ab ipsa pueritia vehementissi-
mus quidam impetus existeret ad gloriam, famamque nominis immortalem;
sum-

ADOLESCENTES DEFENSORES DISPUTATORIBUS SUIS

ΕΥΠΡΑΨΤΕΙΝ ΚΑ'Ι ΗΞΥΧΑΞΕΙΝ.

Qui nos in exedras deducit, ipse in subsidiis quietus, magister, ante pugnam iubet, pauca amice praelegit. Nihil, ait, esse in his suis Institutionibus novi illis, qui non nisi exemplis agunt vetustis, & usitatissimis. est τὸ ἑσχατοφύλλον, liber ultimus, qui prope more scholae omnia habet, in quo non invidisse se, ait, positionum scholasticarum. Nos, quae ibi sunt placita, ea ex animi inductione & sententia nostra tuemur, maluissimus ea sola philosophiae capita defendenda suscipere, in quibus animus & aures occalluere, sed non licuit per praeceptorem, qui coegit inuitos, res discere philosophorum, non una contentus philosophia. At voluit tamen, nos orare disputatores nostros, ne quis in Historia Philosophiae, quam ad alienam fidem tuemur, violaret dialogi leges, neve minutis conclusunculis de vita, ac capite antiquorum philosophorum sui agendum nobiscum extirparet. Nos ergo rogati historiam exponimus philosophiae. Thejes ultimi libri pro aris, & focis more scholae, quaestionibusque syllogismorum asseremus. Hoc ultimum habemus ex huius praescripto praefari, semel uno volumine, optare nos, monitos & vocatos esse confessores nostros. qua in parte noluissemus, tantam a praeceptore habitam sumptus nostri rationem, sed parendum illi fuit. Quod si bilibitani cives aliquid aliud malint, & nos iam nunc volumus, & in dies singulas eos invitabimus. Qui ergo haec praelocuti sumus, haec habemus nomina

FRANCISCUS PAULA CARRASCO Alum. Sem. Bilb.
MARTINUS IGNATIUS UBILLA Alum. Sem. Bilb.
IOANNES ANTONIUS MOGUEL Alum. Sem. Bilb.
FRANCISCUS IGNATIUS ALBIZ Alum. Sem. Bil.
VENTURA FELIX COMBA Alum. Semin. Bilb.

PAULUS FRANCISCUS SAEZ DE NANCLARES.
GABRIEL ANDREAS HURTADO.
MARIANUS RAYM. LOZANO.
IOACHIMUS IOSEPHUS LOPEZ.
EMMANUEL IOACHIMUS ORTIZ.
BERNAR. VINCEN. HIDALGO

DIES DICTI ACTIONIBUS.

A. D. III. Cal. Maiar. IOANNES ANTONIUS MOGUEL.
POSTRIDIE Cal. Maiar. FRANCISCUS PAULA CARRASCO, & MARTINUS IGNATIUS UBILLA.
A. D. IV. Non. Maiar. FRANCISCUS IGNATIUS ALBIZ.
PRIDIE Non. Maiar. IOACHIMUS IOSEPHUS LOPEZ, & PAULUS FRANCISCUS SAEZ DE NANCLARES.
A. D. VI. Eid. Maiar. VENTURA FELIX COMBA, & GABRIEL ANDREAS HURTADO.
A. D. III. Eid. Maiar. MARIANUS RAYMUNDUS LOZANO, & EMMANUEL IOACHIMUS ORTIZ.
A. D. VIII. Cal. Iuniar. BERNARDUS VINCENTIUS HIDALGO.



I

BARTHOLOMAEI
POVII
E SOCIETATE JESU
INSTITUTIONUM
HISTORIAE PHILOSOPHICAE
LIBER I.
DE
PHILOSOPHIA UNIVERSA.



Uae duae causae plurimum solent homines ab scribendo deterrere, & commentariorum copia eiusdem generis, & eorum contemptus; eae me ambae ad scribendum de re philosophica vehementer excitant. copia quidem commentariorum philosophicorum apud hispanos nostros prope infinita; contemptus vero eorundem apud externos sapientes summus esse hoc tempore videtur. nostri de schola homines acuti, & exercitati nullum faciunt modum scholasticae philosophiae, more suo retractandae, quam isti, qui nunc sunt, cruditi, raris, ut illi

A

cr.

II

CAP. I.
OCCASIO
scribendi.

III